

Num. 30. ciendo, & Numer. 30. n. 3. ubi dicitur: Iste est sermo quem praecepit Dominus. Si quis virorum votum Dño voverit, aut se constrinxerit iuramento non faciat irritum verbum suum, & sibi circa votum multa dis-

ponuntur n. 1. 6. & 8. & Deuteronom. 12. n. 8. & cap. 23. n. 21. & Ecclesiast. 5. n. 3. Quod vovisti Deo ne moreris reddere, Psalm. 75. n. 12. Vovete & reddite Domino Deo vestro. Lorinus ibi ait: quod juxta Patres Latinos exponendus est de rebus, quas Lex non praecepit.

Veniamus ad magis particularia: Jacob edidit votum, Genes. 28. n. 20. Vovisti etiam votum, dicens, Si Dominus fuerit mecum, & custodierit me David, Gen. 28. Psalm. 21. n. 26. Vota mea Domino reddam, Psal. 131. n. 2. Votum vovisti Deo Jacob. De aedificando Templo septem rediens victoriosus, Judic. 11. n. 30. Fecit sicut voverat. Anna Samuelis mater 1. Reg. 1. n. 11. pro obtinendo filio votum vovisti. Et Rex Asa reposuit in Templo, 3. Reg. 15. n. 1. Quae pater suus voverat in domum Domini aurum, & argentum, & filii omnes Israel de populo pro restauratione Divinorum, 2. Paralyp. 31. n. 2. & 2. Obulerunt quae voverat Domino Deus suo. Et post decollatum Holofernem Judith. 16. n. 22. Obulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas, imos & pessimus Absalon postulat a Patre suo facultatem, dicens 2. Reg. 15. n. 7. Vadam, & reddam vota mea, quae vovi Domino in Hebron. Similiter, & alii multi.

Quae vota faciebant ad maiorem operis firmitatem, & obsequium dei, ac majus meritum comparandum, ut notat Ovandus in 4. distinct. 3. proposit. 8. & ait, Notum erat Judaeis, quod opus factum ex voto erat laudabilius, & magis placere Deo videntur cum voto.

Supponendum secundo est, quod in Elia, & Elifaeo, ac filiis Prophetarum dabatur eximia obedientia, paupertas, & castitas, ut late ostendi citato opusculo tertio, resol. 3. q. 6 & 7. ex Scriptura, & Patribus, multisque magnis documentis.

SECTIO II.

Triavota in Elia, ac filiis eius asstruntur ex propria sententia.

Ad hanc veritatem de tribus votis in Lege veteri multa, & solida fundamenta ponunt nostri sapientissimi Magistri Petrus Munox. Franciscus, & S. Maria Lezana, Petrus Vastelius, & Daniel à Virgine Maria, Vineae Carmeli, & Franciscus bonae Spei in suo doctissimo Armentario, quae fundamenta videnda sunt apud ipsos Autores, ex nostra tamen minima tenuitate sex ferè propono.

Primum fundamentum.

desumptum ex doctrina d. Thomae 2. 2. q. 186. art. 6. ad primum, ubi docet, quod ad perseverantiam, consistentiam, ac perfectionem status Religiosi requiritur aliquod voti vinculum; quia cum natura humana sit valde inconstans, & mutabilis, nisi detur aliquod vinculum totum corrumpit, unde ait ipse Angelicus doctor, Non aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem. Quod optime explicat Suarez tom. 3. de Religione lib. 2. cap. 3. n. 2. Cum hoc sit de re valde difficili, & de non necessaria sed voluntaria, nisi aliquo morali vinculo firmata sit, facile fluctuabit.

Atqui à raptu Eliae fluxerunt nongenti sexaginta quatuor anni usque ad viros illos, qui ejus vestiti-

gis institerant, de quibus est sermo in praedictis lectionibus approbatus à Sede Apostolica, ergo in eis intercessit aliquod voti vinculum cum perduraverit per ferè mille annos in tanta varietate Republicae Judaicae, & sub crudeli, & dira persecutione Regis Antiochi, ita ut nullus auderet aliquam legis observationem facere, ut infra dicam, ergo ad perseverantiam illius status per tantum temporis intervallum aliquod morale vinculum intercessit, quod fuit votum.

Secundum Fundamentum.

Et sanè apud me efficax, quod desumo ex doctrina Suarii tom. 3. de Religion lib. 3. c. 1. n. 2. Ubi ait, quod supposita fide lumine naturali notum est, melius ac perfectius esse servire Deo cum voto, quam sine illo; nam per fidem divinam cognoscimus quantum debemus Deo, ut Auctori naturae, & gratiae; nam ab eo, ut Auctore naturae accepimus creationem, conservationem & multa bona temporalia; ab eo ut supernaturali habemus fidem, gratiam, remissionem peccatorum pro proprio sanguinem, & hereditatem vitae aeternae, lex ergo naturalis dicitur, quod domino, à quo tot, & tanta bona recipimus, meliori & perfectiori modo, quo fieri potest, serviamus; hoc posito sic conficio argumentum.

Elia per lumen naturale cognovit melius, ac perfectius esse servire Deo cum voto, quam sine illo ergo suas virtutes voto firmavit. Antecedens patet ex dictis maxime cum lumen naturae mentis Eliae esset multum adjectum lumini divinae gratiae. Consequentia probatur, Elia dicebat de se, Vivit Dominus ante cuius conspectum, 3. Reg. 17. n. 1 & iterum, 1. Reg. 18. n. 15. Vivit Dominus, ante cuius vultum, & Apoc. 11. n. 4. Hi sunt duo olivae, & duo candelabra, in conspectu Domini stant, sermo est de Elia, & Enoch, & quamvis illud vivit Dominus sit valde consuetum iuramentum apud antiquos Patres, ut David 1. Reg. 16. n. 10. Vivit Dominus quia nisi Dominus percussisset eum, &c. Et iterum ibid. n. 16. Vivit Dominus, quoniam filii mortis estis. Et Jerem. 4. n. 2. Vivit Dominus in veritate; at Elia amplius aliquid dixit, In cuius conspectu, Ex quo dicitur, quod semper Elia se considerabat ante faciem, ac praesentiam dei, ut inde se magis obligaret ad summam venerationem, ac perfectissimum obsequium omni meliori modo sibi possibili Deo exhibendum, ut exponunt Beda, & Richardus, & d. Athanasius in vita S. Antonii, & ait, Elia dicebat, vivit Dominus in cuius conspectu, non computabat Elia praeteritum tempus, sed tamen quotidie in certamine positus se se praeberet, qualem sciebat Dei dignum esse conspectibus, purum corde, & praeparatum obedire voluntati Dei.

Atqui Elia deprehendebat lumine naturali majorem venerationem, ac excellentius & perfectius obsequium Deo exhiberi cum voto, quam sine illo, ergo sine illo non se exhibebat coram Deo omni meliori modo sibi possibili nec talem se praebebat, qualem sciebat Dei dignum esse conspectibus, nec verè diceret de eo, quod surrexit tamquam ignis, Ecclesiast. 48. n. 1. devorans, & consumens omnes temporales affectus, ut majori luce resplenderet ante conspectum domini; maxime cum sciret, quod alii suas virtutes vita firmaverint.

Quod ergo tantus, & talis homo, ut Elia cognosceret, ac intelligeret, quod melius, ac perfectius erat voto virtutes firmare, quam sine illo, & quod etiam videret, & sciret ex Scripturis, quod alii

Deut. 12. Eccl. 5. Psal. 75. Loin.

40. in votum, Genes. 28. n. 20. Vovisti etiam votum, dicens, Si Dominus fuerit mecum, & custodierit me David, Gen. 28. Psalm. 21. n. 26. Vota mea Domino reddam, Psal. 131. n. 2. Votum vovisti Deo Jacob. De aedificando Templo septem rediens victoriosus, Judic. 11. n. 30. Fecit sicut voverat. Anna Samuelis mater 1. Reg. 1. n. 11. pro obtinendo filio votum vovisti. Et Rex Asa reposuit in Templo, 3. Reg. 15. n. 1. Quae pater suus voverat in domum Domini aurum, & argentum, & filii omnes Israel de populo pro restauratione Divinorum, 2. Paralyp. 31. n. 2. & 2. Obulerunt quae voverat Domino Deus suo. Et post decollatum Holofernem Judith. 16. n. 22. Obulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas, imos & pessimus Absalon postulat a Patre suo facultatem, dicens 2. Reg. 15. n. 7. Vadam, & reddam vota mea, quae vovi Domino in Hebron. Similiter, & alii multi.

7. Reg. 15.

41.

Ovand.

42.

Obedientia. Paupertas. Castitas.

43.

44.

D. Tho.

Suaez.

45.

Perseverantia Religiosis Carmelitana.

46.

8. vivit cum voto dicitur ratio naturalis.

47.

Eliae conspectus naturalis perfectus cum voto 3. Reg. 17.

Beda. Richard. D. Ath.

48.

Elia servavit cum voto.

49.

alii ad majorem perfectionem, ac firmitatem virtutes suas voto corroboraverint, ut Jacob, David, Anna Samuelis mater, & alii, & quod ipse suas operationes voto non stabiliret, rationabiliter videtur creditum difficile.

Foritan dicent Adversarii, ut interloquendum multoties alitunt, quod Deus sua alta Providentia decreverit condere legem Evangelicam perfectissimam, & status Religiosus tribus votis est valde perfectus, ideo illum voluit reservare ad legem Evangelicam, & quod in nulla alia lege daretur.

Contra tamen, Magnum Dei donum est vivere per totam vitam in gratia, & amicitia Dei absque aliquo peccato mortali, ut communiter celebratur de Abel, utpote primo Justo, primo Sacerdote, & Martyre Idem dicitur de Noè, de quo ait scriptura Genes. 6. n. 9. Noè vir justus, aequus perfectus in generationibus suis. Idem habetur de Abraham, qui ab Apostolo Roman. 4. n. 1. appellatur, Pater omnium credentium per fidem. Idem affirmatur de Isaac & Jacob, ac Job, de quo dicitur, Job. 1. n. 1. Vir simplex, rectus, ac timens Deum, recedens à malo, & Jeremia sanctificato in utero matris, de Daniele, tribus pueris, & Elia, ac Elifaeo; Item insigniri corona martyrii, de quo ait Christus dominus Joan. 15. n. 15. Nullus majorem charitatem habet, quam ut ponat animam suam pro amicis suis.

Tunc sic perfectus, ac excellentius donum est totam vitam ducere in gratia, ac amicitia Dei, quod est donum confirmationis, vel insigniri corona martyrii; quam status Religiosus tribus votis; & tamen illud Deus dedit in substantia, & entitate Patribus antiquis, cur igitur negandum, quod dederit minus, ut status Religiosus in quo (vix nobis) multi gravia, & grandia peccata commiserunt; reservavit tamen Deus, ut illa in lege gratiae cum majori, excellentiorique perfectione, ac majori gratia darentur.

Si majora concelebratur cum minor negatur Joan. 15. n. 15. Nullus majorem charitatem habet, quam ut ponat animam suam pro amicis suis.

51.

52.

Tertium fundamentum.

Communiter sancti Patres, quos adduxi citato opusculo 3. Resol. 3. quaest. 9. n. 75. ut D. Gregor. Nazianz. D. Hieronym. D. August. D. Chrysof. noster Insignis Vualden. Tres Cardinales Cajetanus, Damian. Bellarm. aliique multi, quos ibi citavi, argumentantes contra Haereticos vituperantes statum Religiosum ad eorum errores convincendos, opponunt Eliam, ac Elifaeum; ergo in istis sanctis Prophetis agnoscent statum Religiosum, non tamen tanta perfectione, ut in lege Evangelica. Quo posito, sic facio argumentum.

Sancti Patres argumentantes contra Haereticos non opponunt contra eos, id quod ipsi approbant, & laudant, sed id, quod damnant, reprobant, & condemnant; atqui haeretici laudant, & approbant vitam in Caelibatu, ac in solitudine, & asperitate, & damnant statum Religiosum cum tribus votis, ergo quando opponunt contra eos Eliam, ac Elifaeum non solum agnoscent in eis Caelibatam, atque austeram vitam, sed etiam monachatum cum tribus votis. Major est certa, consequentia recte colligit, minor in qua est tota vis argumenti probatur, quia Elisabeth Regina Angliae solebat dicere, quod plus gloriabatur de sua virginitate, quam de corona Regni, & apud ipsos haereticos, qui vivunt in multa austeritate, & penitentia, & vocantur rigidi Calvinistae, rigidi Lutherani, ut testatur Hortus Pastorum, & apud Mauros vocantur Merabeos: ergo quando Patres, & Doctores opponunt contra Haereticos Eliam, & Elifaeum, non

54. Haeretici admittunt Caelibatam, & austeritatem, & negant statum Religiosum.

est ex calibatu, & ex austeritate, sed ex statu Religioso.

Respondent adversarii, quod omnia illa, testante Apostolo, Contingebant illis in figura, & tam inde, quod adducitur status Eliae, & Elifaei quamquam umbra, & figura status Religiosi, non quod in illis verus daretur, & ex hoc capite multa congerunt in nos argumenta, asserentes, quod in illis tantum erat figura, & nihil reale.

Primo contra, & diligenter advertere; Quamvis illa in Patribus antiquis essent umbra, & figura, tamen in se ipsis cum omni proprietate, & rigore erant entia realia, veraque realitates; nam martyrium in lege veteri extitit figura martyrii legis gratiae, tamen extitit, & proprie martyrium, de illo ait Paulus Hebraeor. 11. num. 36. Alii ludibria, & verbera experti, insuper vincula, & carceres, laborant sunt, scilicet sunt, tentati sunt in occisione gladii, verè, & proprie effuderunt sanguinem, & mortui tui sunt; Voluntaria paupertas antiqua extitit umbra, & figura paupertatis Evangelicae; & tamen extitit vera paupertas, dicente Apostolo Hebraeor. 11. num. 38. Alii circumierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis. Glossa Interlinealis, & communiter Patres habent ibi, ut Elia, & Elifaeus, Ecce vera, & extrema paupertas, cum dicitur absolute egentes, absolute intelligitur de omni re, cibo, potu, vestitu, ac de loco, in quo reclinent caput, Remedium legis Naturae, ac Circumcisio erant figurae Baptismi, & tamen verè, & realiter erat quaedam caremonia, & praecindebatur particula carnis, & remittebatur peccatum originale, & dabatur gratia, Vota Jacob, Davidis, Annae, Asa Regis, ac Principum fuerunt figurae votorum legis gratiae, & tamen fuerunt vera, & realia vota, veramque, & realem obligationem induxerunt.

Dicuntur autem illa antiqua umbra, & figura per respectum ad magnam perfectionem, sublimitatem, ac celsitudinem, quam tales actiones obtinent, & consecuta sunt ex adventu Christi Domini dicente ipso, Veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Joan. 10. num. 10. Syriacus, Quod abundantius est habeant; Arabicus; Ut abundantius eis sit, exponunt à me citati tom. 4. in Evang. Joan. 10. cap. 19. ex p. 4. n. 39. D. Chrysof. D. August. Euthym. Theophylact Beda gratiam, & vitam aeternam abundantius, quam antea habebant. Noster D. Cyrillus Alexandr. Abundantius habeant multiplicem Sancti Spiritus donorum copiam, & plenitudinem ejus nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Explicat D. Chrysof. in Catena recepimus novam gratiam cum plenitudine ejus pro gratia, quae dabatur antiquitus, non tamen cum plenitudine ejus.

Christus Dominus veniens in hunc mundum lux fulgentissima, quae totum mundum illuminavit sua praesentia, suaeque doctrina, omnes direxit, & quantum est ex se omnes sublevavit ad Caelum exemplo suae humilitatis, paupertatis, patientiae, ac obedientiae usque ad mortem. D. Cyrillus Alexandr. D. Chrysof. D. August. D. Paschas. notant ex illo, quod dicitur de Christo Domino moriente, Tenebrae factae sunt super universam terram, terra mota est, & petra scissa sunt. Matth. 27. num. 45. & 51. cuius erit mens, quae considerata Christi morte non obscuretur, ac tenebretur ad omnia temporalia, ut illa despiciat, cuius animus non tremat, ac contremiscat tantum Dominum offendere, & cuius cor ex delictis

55.

Instantia adversarii.

56.

Antiqua est figura realitas.

Hebr. 11.

57.

Cur anti. qua dicuntur umbra, & figura.

Joan. 11.

D. Chrysof. D. Aug. Euthym. Theoph. Beda. D. Cyrill. Alexand. Arabic. Joan. 11.

58.

D. Chrysof. D. Aug. D. Ch. s. s. s.

ad se traxit omnia facula.



59. delictis non scindatur contritione, ac poenitentia. Secundo. Nos modo in lege Evangelica sumus tamquam in umbra, ac figura per respectum ad aeternam Beatitudinem teste Apostolo 1. Corinth. 7. num. 31. etc.

60. Tertio ut dixi citata quaest. 9. quomodo fieri potest, ut Sancti Patres, ac Doctores argumentantes contra Haereticos eis opponant statum Religiosum in Elia, ac Elisaeo in figura, cum Haeretici diabolico, ac venneoso spiritu, & ore, ut negent veram, & realem Christi praesentiam in Eucharistia dicunt, quod illa verba: Hoc est corpus meum, hic est Calix sanguinis mei, per tropum, figuram, ac signum sint accipiendae contra vero omnes Catholici pugnant, esse accipienda, in legitimo, vero, ac connaturali sensu, alias tota veritas scripturae destruitur, & sic dicemus, quod per figuram, ut tropum deus creaverit mundum, Adamus peccaverit, & omnis caro corruerit viam suam, ergo ut firma veritas persisteret, in suo naturali sensu accipienda sunt verba, ac proinde ut argumentum habeat efficaciam in vera, ac reali acceptione intelligendi sunt Patres, cum de Elia loquuntur, licet non ea perfectione, ut in lege gratiae.

Quartum fundamentum.

61. Zelus communiter definitur; Est praclarissima virtus, quae pro posse ac omnibus viribus quaerit, ac intendit gloriam Dei, & destruere quidquid illi est contrarium, sed magis quaeritur, ac intenditur gloria Dei per virtutes voto firmatas, quam simplices, ergo cum Elia sit summus Zelator honoris Divini, ejus virtutes fuerunt voto firmatae, Major est certa, & communis definitio, Minor est certa, per id magis, ac magis quaeritur, ac intenditur gloria Dei, per quod magis obligatur homo ad illam, quaerendam; sed magis obligatur per vota ergo, magis intenditur gloria Dei cum votis, quam sine illis, per quae magis corroborantur.

62. Consequentia est optima, & principalis; quia si virtutes Eliae non fuerunt voto firmatae, dabitur alius major Zelator, quam Elia, quod non est admittendum. Ipse enim proponitur ab scriptura, ut summus Zelator honoris divini 1. Matth. 2. n. 58. Elia dum zelat zelum legis receptus est in Coelum, & a Sanctis Patribus, ac Pontificibus, indeque ab ipsis omnes exhortantur ad imitandum ejus zelum ut habetur ex jure Canonico c. 23. q. 4. Cap. Si illi universus populus Christianus ad pugnandum, & standum pro honore Dei cap. Quod Christus, & cap. Ginzifarius eadem quaestione pro populi salute procuranda, c. Cum scriptura 1. quaest. 1. Omnes Episcopi, & Praelati admonentur pro virtutibus planandis, & vitis propulandis. D. Chryostomus lib. 3. de Providentia, universi Reges, & principes ad interficiendos, ac comprimendos haereticos, ac sacrilegos, D. Antonius Abbas, ut refert in ejus vita D. Athanasius dicebat ad suos Monachos. Eliam, & Elisaeum, ac filios Prophetarum quos constat veteriter veteris testamenti monachos imitari curare.

1. Cor. 7. D. Greg. D. Hier. D. Hier. Nos in figura. 1. Cor. 13. 60. Sancti Patres exponunt Haereticos.

Quid sit zelus. Elia summius zelator. Incajuris.

D. Chry. D. Ant. D. Ath.

Quintum fundamentum.

Si aliquid obstaret, ob quod non darentur vota, & maxime castitatis esset imperfectio illius legis; atqui hoc non obstat, multo enim perfectius, & excellentius est martyrium, dicente Christo domino, Majoriorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis Joan. 15. n. 13. & tamen in illa lege dabatur martyrium, ut constat ex paulo supra citato, & ex D. Stephano Actor. 7. num. 52. Quem prophetarum non sunt persecuti Patres vestri, & occidebant eos, qui praeannuntiabant de adversu iusti, ergo imperfectio legis non repugnat Responderunt adversarii perfectius esse martyrium, quam votum; tamen quod votum pro illo tempore habebat multam repugnantiam ob affectum, quem omnes habebant ad generationem naturalem, ut fierent Patres Christi; Contra tamen sic in isto, Multo magis repugnat cum generatione naturali martyrium, quod involvit mortem, quam votum, quo stante potest dari generatio licite, vel illicitè interveniente dispensatione.

Videntes adversarii hujus instantiae vim ad aliud confugiunt dicentes, quod Martyres tenebantur ad martyrium amplectendum ne fidem deserent; nam eis data fuit optio, quod idolis sacrificarent, vel iniquis Imperatorum mandatis obedirent, vel martyrio colla darent, & pro conservanda fide martyrium sunt amplexati.

Sed contra, Imprimis, id, quod assumit non est verum; nec enim omnibus hac optio data est; ut sacrificarent idolis, vel morentur; nam Abel mortuus est à Caïmo ex odio, & invidia, Eleasarus mortuus est, ne suis malum praeretur adolescentibus exemplum 2. Machab. 6. n. 24. Daniel, quia contra Regis edictum in domo sua oraret januis apertis missus est in lacum Leonis cap. 6. n. 14. Duæ mulieres, quia delatae sunt naros suos circumcidisse simul cum pueris ab uberibus suspensis praecipitantur ex muro 2 Machab. 6. n. 10. sic omnes ferè Prophetae Isaias, Jeremias, Ezechiel, Zacharias, & alii occisi sunt; quia populum increpabant; Joannes Baptista, quia arguebat Herodem, sic & noster S. Angelus Carmelita, qui incestuosum Berengarium increpabat, & anno 1674. impressa est Madriti Historia Anglicana cum appendice multorum martyrum, qui ab Haereticis occisi sunt, vel quia praedicabant fidem Catholicam, vel quia fuerunt in eorum domo Cruces, imagines & paramenta Sacra.

alii vero Martyres, si velent, poterant vitare Martyrium, ut de D. Andrea dicitur, qui à populo liberari poterat, sed ipsum cohibuit, ne exoptatam martyrii palmam impediret; alii sancti poterant Deum exorare, ut eos à laqueo venantium eriperet, ut liberavit Apostolos à carcere Actor. 5. n. 19. retrum à vinculis Actor. 12. n. 7. magnum raulum de naufragio, ac de tot, & tantis periculis, B. Teclam à multis cruciatibus, sed ab hoc se se abstinerunt sancti, vehementissimoque desiderio properabant ad coronam Martyrii, ut diceret D. Ignatius; Utinam fruar bestiis quae mihi sunt praeparatae, quas oro mihi velociores esse, &c.

Sextum fundamentum.

Votum est voluntaria, & liberata promissio facta Deo de aliquo meliore bono animae se obligandil. ta Bonacina tom 2. q. 2. de voto. unica propositio & n. 1 citans multos doctores, & addit. 6. quod

63.

Joan. 15.

Act. 7.

64. Regi citur responsio.

65.

2. Mac. 6. Impugnatio. Dan. 6.

2. Mac. 6.

66.

Act. 5. Act. 12.

67.

quod promissio tantum interior, & mentalis sit, cum Deus intueatur cor nostrum. haec autem promissio mentalis sit manifeste dupliciter per verba externa v.g. voveo Deo vel per externam, & perennem ostentationem factorum, ut in Apostolis, Joanne Baptista, ut tenet D. Thomas, noster Valdensis, & alii multi, quos citavi in opusculis, opusc. 3. quaest. 5. num. 38. & etiam in illis, qui fuerunt in primitiva Ecclesia, ut tenet Suarius tom. 3. de Religione lib. 8. cap. 2. num. 17. & Lorianus, Cornelius, Sanchis ad caput quintum Actorum, de Anania, & Saphira, atqui Elia per totam suam integram vitam observavit virginitatem, ut ait D. Ambrosius lib. de Virginitate, Ergo erat Elia ideo curru raptus ad Coelum, & ideo cum Domino apparet in gloria. Perennem paupertatem observavit per totam integram vitam, ut ait D. Chryostomus; qui pauperius Elia, qui nihil prater meliorem habebat, & ad illa verba Hebraeorum 11. in pellibus caprinis, explicat Glossa & Septem expositores ut Elia, & Elisaeus & de perpetua constantia, obedientia ad Deum, & jus missus. Constat ex ferventi zelo quo flagrat in mandatorum illius observantiam.

Deinde dicitur Ecclesiast. cap. 48. num. 1. Surrexit Elia tanquam ignis, qui consumit, & comburit quidquid esset terrenum, tam in se, quam juxta se, & D. Ambrosius ait; Elia ascendit in Coelum triumphator non barbararum nationum, sed propriorum appetituum. D. Chryostomus ait, quod Elia sic homo caelestis, Angelus terrestris, id est tam purus erat in terra, ut videretur magis Angelus, quam homo, similiter Apostolus Jacobus in sua epistola Canonica cap. 5. num. 27. Elia homo erat similis nobis passibilis. Cum eum hominem vocat, addit quod erat similis nobis, passibilem, quia tanta ejus puritas, quod videbatur esse super hominem, ut ne quis cogitaret aliquid esse super hominem, ideo tantis explicat ejus humanitatem, de quibus multa dixi citato opusculo. 3. q. 6.

Atqui docet D. Thomas supra num 44. non posse hominem servare per totam vitam nisi per voti obligationem, & cum alias esset valde magnus, necesse erat ad observationem talia retinere nisi per voti obligationem, quae colligitur ex factis, non tanta perfectione, ut Apostoli.

Et his omnibus vide citatum opusc. 3. q. 5. 6. 7. 8. de his omnibus latius ibi.

Pro quo nota quod virtutes Eliae, Virginitatis, paupertatis, obedientiae, valde sublimis, ac eminentissimae fuerunt à Deo remuneratae; ergo in se fuerunt valde sublimes, ac eminentissimae; nam ex magnitudine praemii colligitur magnitudo meriti. Virginitati Eliae tribuit D. Ambrosius, quod curru igneo elevatus sit ad Coelum; ideo cum Domino apparet in gloria, ideo Domini praecursor est adventus, quod nulli mortalium datum est, ut tanto triumpho ascenderet in Coelum; Cum Domino apparet in gloria, & tunc ipse Elia visus est in majestate, ut scribit D. Lucas 9. num. 30. Et venturus est praecursor Domini adventus, ut Apostolus resituens omnia Matth. 18. ejus paupertas mirifice extollitur ab Apostolo Hebraeorum 11. numero 31. Cir-

D. Amb. Luc. 6. Math. 18. Hebr. 11.

virtutes Elia ad. mirabiles. Interlin. D. Chry. D. Euthim. Theod. D. Anic. D. Tho.

Abraham, Isaac, Jacob, Moyses, Davidis, ac Sanctorum Martyrum, eorum tamen virtutes non tanto celebrat encomio, ut Elia, ac Elisaei paupertatem, adjungit quippe immediate, Quibus dignus non erat mundus ejus obedientia supra modum est exaltata, obediens ipse Angelo per longam viam ambulans, vidit in Horeb Deum, quantum fas est homini, ut ait D. Basilus, quo nullum majus praemium poterat esse. Virtutes ergo tam singulares ac admirabiles tam eminenti, ac sublimi praemio remuneratae valde sublimes, ac perfectissimae in se perfusserunt, quae tanta sublimitatis excellentia sine voto non poterat consistere, nam ex praemii magnitudine magnitudo meriti bene deprehenditur.

Inhabis, ut aliqui ex adversariis innuunt, quod Deus in lege veteri dedit uni vel alteri viro illustri unam, vel alteram virtutem, v.g. vitam puram, votum castitatis, vel paupertatis, non tamen per modum status permanentis, quod requiritur ad statum religionis.

Contra, in lege antiqua dabatur Nazaraei cum multis observantiis, castitatis voto, ut late probavi citata Resol. 3. quaest. 2. per modum status permanentis, dabatur Rechabita per modum status permanentis cum voto paupertatis, & obedientiae, ut patet ex Jerem. 35. & num. 6. 7. & 8. & late tractavi citata Resol. 3. quaest. 3. Idem dicendum de Ellenis, qui vivebant cum Religione, ac reformatione in vita, obedientiae, paupertatis, ac castitatis, de quo late agunt Philo, Josephus, Cedrenus, & alii Auctores antiquissimi, quasi eis Josephi contemporanei, & frequenter multi Patres, ut late tractavi dicta Resol. 3. quaest. 4. Tandem status Ecclesiasticus: & Ordo Summi Pontificis, Sacerdotum, Levitarum Pfallentium, erat per modum permanentis in lege veteri, non tamen ea perfectione, ut in lege gratiae, cur & non sic erit status Religiosus.

D. Basil.

69.

70.

In lege veteri status per modum permanentis. Jerem. 35.

Philo. Joseph.

SECTIO III.

Ex verbis Sanctissima Virginis Mariae probatur & confirmatur nostra sententia.

Semper in omni causa Carmelitana adest patrona Sanctissima Virgo maria, sic & in praesenti ait ipsa revelatione maxime approbata ab Ecclesia D. Petro Thomae, Confidite, Petre, Religio enim Carmelitarum in finem usque saeculi est perseveratura, sic Elia ejus namque Institutor jam olim etiam à filio meo id impetravit.

Religio autem in communi in sua latitudine ex communi Doctorum sententia ait Bordoni tom. 5. cap. 1. de professione regulari num. 1. tribus modis sumitur seu in res species dividitur in Baptismalem, Clericalem, Regularem. Baptismalis per Baptismum homo ingreditur in Religionem christianam, & fit membrum Christi, de quo dicitur in collecta Apostolorum: Per quos religionis sumpsit exordium. Secundo Clericalis, per quem novo, & peculiari modo assumitur ad Christi obsequium homo, eique consecratur, ac in sortem illius eligitur. Tu es, qui resitues hereditatem meam mihi. Tertio accipitur Religio pro regulari cum tribus votis firmata.

Cum ergo Sanctissima Virgo ait, quod Religio Carmelitana instituta est ab Elia, non loquitur de religione Baptismali, nec Clericali; quia neutra ab Elia derivatur, loquitur verò de Regulari cum

71.

D. Petrus Thoma.

72. Bordoni.

73.